Obredi blagoslovitve so trajali do pol enajstih. Po sveti maši so se prevzvišeni knez zahvalili izpred altarja knežji rodbini Windischgraetz in uradništvu za sprejem in za navzočnost pri slovesnosti, s pridržnice pa so pregledno načrtali zgodovino Konjiške nadžupnije in njene sedanjega povišanja v arhidiakonijo, ter so na podlagi svetopisemskega izreka „Omnis gloria eius filiae regis ab intus — Vse veličastvo kraljeve hčere je znotraj“ (Ps 44, 14) z ozirom na prečisto Srce Marijino, ki se je pravkar slavilo, postavili znotranjo lepoto Matere božje, njeno čistost, pohlevnost, vernost, upanje, tesno zedinjenje z Bogom, močno ljubezen do Boga in do človeškega rodu, tudi sredi najhujšega lastnega trpljenja, za vzgled novemu cerkvenemu dostojanstveniku in vsem prebivalcem

lepe Konjiške nadžupnije. Proti poldnevu je bilo cerkveno opravilo končano.

Opoldan se je okrog prevzvišenega Nadpastirja zbralo 32 duhovnikov, knez Windischgraetz, zastopniki raznih uradov in stanov, v vsem skupaj 64 gostov. Pri tej priložnosti je gospod naddiakon slavil blagoslova polno delovanje premil Nadpastirja ter se Jim je zahvalil za vse dobrote, zlasti za milostno izposlovanje nove časti; Prevzvišeni pa so dali izraz spoštovanju, ljubezni in vdanosti do svetega očeta in do presvetlega cesarja, od katerega je bil slavljenec nekaj dni prej znova odlikovan z viteškim križcem Franc Jožefovega reda, so s prisrčnimi besedami čestitali njemu, potem pa so se knezu Windischgraetz in vsem došlim gostom, ki so bili židane volje, iskreno zahvalili za pričujočnost in tako povzdigo vse svečanosti. Knez Windischgraetz je slavil še miroljubnost novega arhidiakona, okr. sodnik Dr. Dolezell njegovo požrtvovalno sodelovanje pri boljšanju mladostnih kaznjencev, opat Ogradi pa je govoril v imenu Konjiških kaplanov in dušnih pastirjev sploh, ki so kedaj v Konjicah delovali. Med tem je pred nadžupniščem svirala godba, in po vsem trgu je vladalo nenavadno veselje, ki je pričalo, da znajo Konjičani hvaležno ceniti visoko odlikovanje, katero so preskrbeli premilostivi Nadpastir svoji rojstni fari.

Novi arhidiakon je prejel na dan benedikcije naslednji odlok:

„Z. 24/Praes.

An den Hochwürdigen Herrn Franz Hrastelj, F. B. Geistlichen Rat, Dechant und Hauptpfarrer in Gonobiz.

Im Anschluss /. erhalten Sie die Verleihungs- und Konfirmationsurkunde als Archidiacon mit dem Beifügen, daß zufolge Allerhöchster Entschliessung vom 24. September 1908 (Kabinettszahl 2927), beziehungsweise Erlasses des hohen k. k. Ministeriums für Kultus und Unterricht vom 29. September 1908, 31.

¹ Razen prevzv. Nadpastirja so bili pričujoči: Knez Hugo Windischgraetz. Od duhovščine: Franc Ogradi, Jožef Fleck, Franc Hrastelj, Martin Matek, Jurij Bezenšek, P. Kalist Heric, Jakob Hribernik, Ivan Bohanec, Franc Bohak, Jožef Zidanšek, Matija Karba, Anton Veternik, P. Leopold Napotnik, P. Klarus Rottmann, Dr. Jožef Somrek, Dr. Ivan Tomažič, Alojz Arzenšek, Kašpar Kačičnik, Jurij Šelih, Alojz Šoba, Alojz Cilenšek, Anton Srabočan, Franz Kosel, Janez Goričan, Janez Kansky, Jakob Kosar, Karl Kumer, Janez Kozoderc, Anton Pučnik, Friderik Ratej, Viktor Preglej, Martin Jurhar. — Iz drugih stanov: okrajni sodnik Dr. Jos. Dolezell, odvetnik Dr. Iv. Rudolf, zdravnik Dr. Ad. Kadiunig, sodnik Herm. Deu, načelnik okr. zast. Ferd. Klemen, občinski svet. J. Kupnik, c. in kr. nadporočnik v res. Jak. Pukl, rav. posoj. Iv. Šepic, kn. rav. Iv. Clarici, nadučitelj Al. Seidler, učit. Mirko Kožuh in Iv. Pirch, poštar Jan. Swischej, organ. Jožef Pihler, posestniki Fr. Napotnik, Jan. Rudolf, Ign. Potnik, Fr. Žohar, Jan. Bezget, Ant. Toman, Fr. Ložak, Jož. Strašnik, Jur. Klančnik, Jož. Stopar, Ant. Stebrnak, Jak. Arbeiter, Ant. Strajzah, Mat. Kragolnik, Jan. Krevl, Bl. Zapečnik.

40,554 gegen die Verleihung des Titels Archidiacon mit dem Gebrauche der Inful und des Stabes an den jeweiligen Pfarrvorsteher in Gonobiz in der Voraussetzung kein Anstand obwaltet, daß aus diesem Anlasse kein wie immer gearteter Anspruch an den Religionsfonds oder an einen anderen öffentlichen Fonds erhoben werde.

Sichtlich der mit dieser Würde verbundenen Rechte und Privilegien bestimmt das Breve des Heiligen Vaters Pius X., „ut parochi maiores pro tempore existentes ad S. Georgii loci „Gonobiz“ .. nunc et in posterum Archidiaconi appellentur, et servatis adamussim Sacrorum Canonum praescriptionibus, intra Paroeciae ipsius limites Pontificalibus insignibus uti liceat possint.“ Dieshinsichtlich werden Sie sich an den in Cilli und Pettau üblichen Gebrauch zu halten haben.

Bezüglich der Präzedenz wird die Bestimmung der Kapitelftatuten (Ecclesiae Lav. Synodus dioec. anno 1903 coadun. Marburgi, 1904. Cap. LXXII., punct. 7 a, pag. 642) maßgebend sein, welche lautet: „Capitulum prae reliquis totius dioecesis sacerdotibus, cum saecularibus tum regularibus, quacumque sint insigniti dignitate, salva semper maneat praerogativa, ita ut Capitulum cathedrale quatale in corpore omnibus et singulis Praelatis et Abbatibus, etsi infulatis, praecedendi iure gaudeat et immediatum locum post Episcopum teneat. Singulorum vero Canonice prae omnibus dioecesis sacerdotibus, Praelati auctoritate non fulgentibus, salva semper maneat praecedentia et praerogativa.“

F. B. Lavanter Ordinariat in Marburg, am 28. August 1910.

† Michael, Fürstbischof.“

V odloku navedena podelilna in potrdilna listina se glasi:

„Michael,

Dei gratia Princeps- Episcopus Lavantinus, Suae Sanctitatis Praelatus domesticus, Solio Pontificio Assistens, Suae caes. et reg. Apost. Maiestatis Consiliarius intimus, Magna cum Cruce caes. austr. Ordinis Francisci Iosephi Ornatus, caes. et reg. Capellanus palatinus, sacrae Theologiae Doctor etc. etc. dilecto Nobis in Christo presbytero Francisco Hrastelj, Consiliario Nostro in spiritualibus, Decano et parcho maiori ad S. Georgii in Gonobiz,

Salutem et omne bonum!

Tenore Brevis Apostolici de die 4. Februarii 1910, quo Sua Sanctitas Pius PP. X., votis et precibus Nostris annuens clementissime concessit, ut parochi maiores pro tempore existentes ad S. Georgii in Gonobiz dioecesis Nostrae Lavantinae nunc et in posterum Archidiaconi appellentur, Tibi presbytero Francisco Hrastelj praedictam dignitatem auctoritate Nostra ordinaria omnibus melioribus, modo, via, iure, causa et forma, quibus validius possumus et debemus, hisee conferimus,

Teque de eadem, emissa primitus fidei catholicae professione, solitisque evitatae simoniae nec non fidelitatis et obedientiae iuramentis in manus Nostras praestitis, providemus et investimus, omnia iura et privilegia, dignitati huic competentia, Tibi plenarie committendo.

In nomine Patris et Filii et Spiritus Sancti. Amen. Harum testimonio litterarum subscriptionibus solitis et sigilli Nostri Episcopalis impressione munitarum.

Ex Officio Nostro Episcopali ad S. Ioannem Baptistam Marburgi, die 28. Augusti 1910.

L. S. † Michael, Princeps-Episcopus.“

V trajni spomin na nepozabljivi dan 28. avgusta 1910 je bila v steno nadžupnijske cerkve na epistolski strani glavnega altarja vzdana in isti dan blagoslovljena lepa, od prof. Dr. Avg. Stegenška začrtana in od kamnoseka Karla Kocijančiča v Mariboru izdelana marmornata plošča, katero krasi ta-le napis:

Rev^{mus} Cels^{mus} & Excell^{mus}

D. D. Michael Pr. Ep. Lavant.

Suae natali archiparochiae Gonobicensi a Pio X. Pont. Max.

Archidiaconatus dignitate in ppet. obtenta

R^{mum} D. Franciscum Hrastelj

Primum archidiaconum mitratum

Anno salutis MCMX. die V. Kal. Sept.

hic solemniter benedixit.

S poročilom z dne 29. avgusta 1910, št. 25/Praes. je bilo e. kr. namestništvu naznanjeno, da se je dan prej izvršilo slovesno blagoslovljenje in umeščenje infulirane arhidiacona v Konjicah.

Z odlokom kn. šk. ordinariata z dne 10. oktobra 1910, št. 4850, je bila Konjiška dekarija izločena iz naddekanata „Ob Savinji“ ter uvrščena med dekarije Maribor I. Dr. br., Celje in Ptuj, ki z ozirom na dostojanstvo svojih predstojnikov stojé pod neposrednim nadzorstvom prevzvišenega ordinarija.

Blagoslovljenje novega opata oo. trapistov v Rajhenburgu.

Dne 27. oktobra 1910 je v Dombesu na Francoskem umrl opat Rajhenburški, Dom P. M. Janez Krst. Épalle, kn. šk. Lavantinski konsistorialni svetovalec, odlikovan z oficirskim križcem Franc Jožefovega reda. Za brzojavom kn. šk. župnijskega urada v Rajhenburgu z dne 27. oktobra je došlo o žalostnem dogodku pismeno poročilo samostanskega priorata dne 29. oktobra, na kar so prevzvišeni Nadpastir, ki so morali iste dni odpotovati k škofijskim konferencam na Dunaj, z dopisom z dne 29. oktobra 1910, št. 5114 nemudoma izrazili samostanu srčno sožalje z zagotovitvijo, da se bodo pokojnika spominjali v molitvah.

Rojen dne 20. maja 1848 v Marlhesu na Francoskem, v mašnika posvečen dne 19. marca 1878, je rajni leta 1881 z redovnimi tovariši iz Francoskega ustanovil naselbino trapistov v Rajhenburgu, katero je najprej vodil kot prior, v zadnjih 20 letih pa kot inful. opat, ko je namreč z apostolskim pismom z dne 1. septembra 1891 naselbina bila povišana v opatijo.

Vsled svoje ljubeznivosti in dobrotljivosti je bil opat Janez K. Épalle obče priljubljen, kakor pri redovnih bratih, tako pri duhovščini in vseh, ki so ga poznali. Prelep spomenik za vse prihodnje čase si je postavil sam s krasnima marmornatima kipoma Lurške Matere božje in presv. Srca Jezusovega, katera je, vsakega za 5000 frankov, naročil pri tvrdki Raffl v Parizu ter podaril novi župnijski cerkvi Marija Lurd v Rajhenburgu za glavni, oziroma za desni stranski altar. Prvega so obenem z enako dragoceno podobo sv. Jožefa prevzvišeni Nadpastir blagoslovili dne 26. septembra v Lurški votlini, drugega pa dne 29. septembra 1910 v Paray le Monialu na Francoskem. Dasi že bolehen, se je rajni opat udeležil te slovesnosti v Paray le Monialu. Komaj mesec dni pozneje je Gospod poklical zvestega služabnika na plačilo. Njegovo truplo je bilo prepeljano v Rajhenburg — došlo je z istim vlakom ko omenjeni, od njega darovani dve podobi, dne 4. novembra — in 7. novembra je bilo pokopano na samostanskem pokopališču. (Cf. Calendrier Cisterciens. 1911. Notre Dame de la Délivrance, Reichenburg, Styrie: Dom Jean — Baptiste Épalle. Sa Vie. Sa Mort. Son successeur).

Po dnevih žalosti se je 15. novembra 1910 zbrala samostanska družina, da si iz svoje sredine izvoli zopet očeta in vodnika. Glasovi so se zedinili na nečaka rajnega opata, na P. Placida Épalle, dotlej magistra samostanskih bratov. Novi opat je bil rojen dne 21. decembra 1876 v Marlhesu na Francoskem, je v zgodnji mladosti došel v Rajhenburg, kjer se je dobro privadil slovenskemu in nemškemu jeziku, ter je prejel iz rok našega prevzvišenega knezoškofa zakrament svete birme in sveto mašniško posvečenje. Njegova izvolitev za opata je bila dne 20. novembra 1910 v Rimu potrjena, in z dopisom z dne 5. decembra 1910 je prosil premilostivega Nadpastirja za opatijsko blagoslovljenje.

Prošnja se je glasila:

„Postulatur Benedictio Novi Abbatis.

Reverendissime Praesul, Excellentissime Princeps!

Ad munus Abbatiale divino nutu evectus, suffragium ferentibus fratribus meis, monachis B. M. de Liberatione, secundum praescripta Constitutionum Ordinis nostri a S. Sede anno 1894 approbatarum, curavi sollicite, ut onus mihi impositum Romana Auctoritate firmaretur. Ideo ipso canonicae electionis die, 15. novembris anni labentis, instrumentum publicum electionis Romam transmisi. Die

vero 20. eiusdem mensis et anni Reverendissimus et Illustrissimus Dominus Augustinus Marre, Eppus titularis Constantiensis et Abbas Generalis Ordinis Cisterciensium Reformatorum strictioris Observantiae, tanquam delegatus Apostolicae Sedis electionem canonicam et validam declaravit eamque confirmavit, adiciens onus, ut infra annum a Te, Excellentissime Praesul, benedictionem abbatialem humiliter peterem et obtinerem.

Unde ad pedes Excellentiae Tuae provolutus enixe Eam rogo, ut die 18. mensis decembris huius anni 1910 in Oratorio monasterii nostri B. Mariae de Liberatione Reichenburgi mihi indigno Eius famulo benedictionem abbatialem secundum ritum S. Romanae Ecclesiae et Rituale sacri Ordinis nostri impertiri dignetur.

Interim deprecor Deum o. m., ut Excellentiam Tuam Principalem et Episcopalem incolumem semper servet Ipsique coelestis gratiae abundantiam perpetuo concedat.

Excellentiae Tuae Illustrissimae humilis famulus
Reichenburgi, die 5. decembris 1910.

Fr. M. Placidus Epalle, Abbas.“

Priložen je bil prepis potrdilne listine, ki slove:

„Ordo Cisterciensium Reformatorum.

Confirmatio Abbatis Electi.

Nos Fr. Augustinus Marre, Episcopus titularis Constantiensis, Abbas Cistercii et Abbas Generalis Ordinis Cisterciensium Reformatorum, Dilectissimo Nobis in Christo Filio: admodum Reverendo Domino Placido Epalle, electo Abbati, monasterii B^{ae} M^{ae} de Liberatione, eiusdem Ordinis, in dioecesi Marburgensi, in Austria, spiritum consilii ac fortitudinis, et salutem in Domino.

Cum Abbatia B^{ae} M^{ae} de Liberatione vidua remanserit ob mortem venerabilis P. Abbatis Domini Ioannis Baptistae, cumque monachi huius Coenobii, ad novum Abbatem eligendum rite convocati, Te in suum Abbatem per maiorem secretorum suffragiorum partem elegerint, uti Nobis ex publico instrumento constat, sub die 15^a mensis Novembris currentis anni, ut infra, atque a Reverendo Praesidente, Domino Bernardo, Abbate de Dumbis, et Patre Immediato, Abbas eiusdem monasterii B. Mariae de Liberatione declaratus fueris, Tuque vero huiusmodi annueris, nihil Nobis fuit optatius quam ut precibus religiosae familiae de Liberatione pro Tua in Abbatem praefati Coenobii canonica confirmatione plenissime annueremus.

Nos igitur utentes facultatibus et iuribus a S. Sede Nobis concessis, Te Dilectissime Fili, a monachis electum in Abbatem B. M. de Liberatione, dispensantes super defectu unius anni et aliquot dierum, Apostolica auctoritate agnoscimus, approbamus ac confirmamus, atque potestatem facimus, ut a Rev. Domino Bernardo,

Abbate de Dumbis, postquam in praesentia ipsius a Nobis in hac parte delegati, professionem fidei necnon iusiurandum praestiteris, uti per Motum proprium „Sacrorum Antistitum“ praescribitur, installationem accipias. Volumus insuper, ut infra annum ab Illustrissimo ac Reverendissimo Ordinario Tuo, quem in hac parte delegamus, Abbatialis benedictionis munus humiliter petas ac recipias, iuxta ritum S. R. Ecclesiae et Sacri Ordinis nostri Rituale.

Mandamus ergo omnibus supradictae Ecclesiae de Liberatione personis, ut Te in verum ac legitimum Abbatem agnoscant, atque uti talem reveantur, ac Tibi obedientiam praestent.

Decernentes etiam ut prorsus gaudeas omnibus ac singulis privilegiis, honoribus et praerogativis, quibus caeteri Abbates nostri, ex Summorum Pontificum concessione, et praesertim Innocentii VIII., Leonis XIII. atque Pii X., perfruuntur et utuntur.

Tu vero, Abbas carissime, nunc ad dotes a S. nostra Regula pro Abbate ordinando requisitas diligenter attende; verbo et exemplo, studio monasticae disciplinae tuendae et spiritu paternae caritatis, ad cunctas virtutes excolendas commissum Tibi gregem fortiter ac suaviter attrahe.

Invigila ut unusquisque regularibus exercitiis assidue vacet, et in primis ad opus Dei persolvendum sollicitus, ac liturgicae vitae zelo succensus existat; ad labora ut omnes filii nostri, piaae Tuae sollicitudini commendati, Deo Domino in observatione S. Regulae ac Constitutionum Ordinis nostri, necnon Litterarum Apostolicarum Pii X., feliciter regnantis, sub die 31. Maii 1905, unanimiter Tecum fidelissime inserviant, ita ut, gratia et voluntate divina, in augmentatione gregis Tui gaudere valeas.

Interim gratias agimus Domino pro universis donis suis erga monasterium vestrum B. M. de Liberatione, ac pro Tua promotione ad Abbatialem dignitatem, atque cum omnibus vobis congaudemus, Deum cum fiducia deprecantes, ut Ipse Tibi, Fili Dilectissime, auxilium ex alto praestare dignetur.

In quorum fidem praesentes Litterae Nostro sigillo atque Nostra ac Secretarii subscriptione munitae, sint Nostrae propensissimae erga Te dilectionis omnibus verax testimonium.

Datum Romae, ex Domo nostra Generalitia, die 20^a Novembris 1910.

L. S. † Fr. Augustinus Marre,
Ep. tit. Constantiensis, Abbas Generalis.

De mandato

RRmi. P. Abbatis Glis Concordat cum originali.

Fr. M. Fabianus Dutter O. C. R. F. M. Benedictus
Secr. Prior.

Prošnja je bila rešena s tem-le odlokom :

„Nr. 5691.

Reverendissimo Domino P. Placido Epalle,
electo Abbati monasterii Ordinis Cisterciensium reformatorem B. M. V. de Liberatione Reichenburgi.

Litterae Tuae percarae de die 5. Decembris 1910, quibus electionem Tuam canonicam in Abbatem monasterii Reichenburgensis B. M. V. de Liberatione, Ordinis Cisterciensium reformatorem, electionisque legitimam confirmationem, per Reverendissimum eiusdem Ordinis Abbatem Generalem Apostolica auctoritate factam, Nobis intimasti, gaudio affecerunt cor Nostrum, complectens aequali charitate universos Dei ministros cum saeculares tum regulares dioeceseos Nostrae.

Persuasum habentes promotionem Tuam divina voluntate providentiaque fratrum Tuorum suffragia dirigente contigisse, plane confidimus fore, ut Deo auxiliante in spiritu Decessoris Tui venerabilis P. Abbatis Ioannis Baptistae piaae memoriae munere Tuo sublimi fungaris, suavis in modo, fortis in re, felix in successu, forma factus gregis Tibi commissi ex animo!

Quam gratiam pro longa annorum serie de coelo Tibi adprecantes certiore Te facimus, quod petitioni Tuae litteris supra memoratis Nobis substratae libenter annuentes, Deo adiuvante die 18. Decembris 1910, quae erit Dominica IV. Adventus, benedictionem abbatialem iuxta ritus praescriptos Tibi impertiemur.

Marburgi, festo S. Nicolai Ep. Conf., die 6. Decembris 1910. † Michael, Princeps-Episcopus.

Obenem je došla ta-le prošnja za posvetitev šesterih samostanskih bratov-subdiakonov, izmed katerih je br. Herman Vodenik rojen Konjičan, v diakone:

„Postulatur Ordinatio Alumnorum.

Illustrissime ac Reverendissime Praesul, Excellentissime Princeps!

Versantur in Nostro Coenobio sex monachi sollemniter professi, quos Excellentia Tua iam die 15. mensis Iulii anni 1908 ad sacrum Subdiaconatus Ordinem promovit. Cum ipsi progredi in sacris Ordinibus magno fervore cupiant, et idipsum Conventui Nostro profuturum esse speramus, ab Excellentia Tua humiliter petimus, ut die 19. mensis decembris labentis anni 1910 eisdem alumnis nostris sacrum Diaconatus Ordinem in Oratorio Abbatiae Nostrae B. M. de Liberatione, Reichenburgi, impertire dignetur.

Publicis Excellentiae Tuae praeceptis libenter obsecuti huic postulationi documenta desiderata adiunximus (scil. Testimonium studiorum peractorum, Formulas sollemnis votorum religiosorum professionis, Litteras dimissorias et testimoniales).

Excellentiae Tuae Principalis-Episcopalis humilis famulus
Fr. M. Placidus Epalle, Abbas.

Reichenburgi, die 5. Decembris 1910.

Odgovor:

„Nr. 5792.

Reverendissimo Domino Fr. M. Placido Epalle, Abbati conventus B. M. de Liberatione Reichenburgi.

Litteris de die 5. Decembris 1910 postulasti, ut sex monachi coenobii Vestri, sollempniter professi et inde a die 15. mensis Iulii 1908 in sacro Subdiaconatus ordine constituti, videlicet: Fr. M. Hermannus Vodenik, Fr. M. Thomas Planinšek, Fr. M. Angelus Pečnik, Fr. M. Gabriel Montecoudiol, Fr. M. Vincentius a Paulo Divjak, Fr. M. Conradus Jankovič, die 19. mensis Decembris labentis anni 1910 ad sacrum Diaconatus ordinem in Oratorio Abbatiae Vestrae B. M. de Liberatione Reichenburgi a Nobis promoveantur.

Nos petitioni Tuae benigne annuentes, tenore praesentium Tibi notificamus, fore, ut praedicti Subdiaconi, quum in ordine Subdiaconatus sint probati, studio sacrae Theologiae iam quarto anno vacent, et litteras dimissorias et testimoniales ad Nos directas exhibuerint, divina favente clementia die 19. mensis Decembris anni volventis 1910 in Oratorio Abbatiae Vestrae B. M. de Liberatione Reichenburgi sacro Diaconatus ordine a Nobis initientur.

In quorum fidem has litteras manu Nostra subscriptas expediri iussimus.

Datum ex Curia Nostra princ.-episc. Lavantina Marburgi, die 9. mensis Decembris 1910.

† Michael, Princeps-Episcopus.“

Vsled navedenih odlokov so prevzvišeni vladika dne 17. decembra 1910 zvečer došli v Rajhenburg, da izvršijo v samostanu oo. trapistov dvojno cerkveno opravilo. Ob Njihovem prihodu je žarel samostan v čarobni razsvetljavi, in pred glavnim vhodom, kjer jih je pričakala in pozdravila samostanska družina, je bil postavljen slavolok z napisoma: Salus Princ.-Episc. Nostro! — Visita vineam istam et perface eam!

V nedeljo dne 18. decembra je prejel novoizvoljeni opat v samostanski kapeli v navzočnosti vse meniške družbe, več sosednih duhovnikov, mnogo vernikov in gostov, od premilostivega Nadpastirja opatsko blagoslovljenje in znamenja nove časti med prav genljivimi obredi, kakor so zapovedani v rimskem škofovskem obredniku. Pri blagoslovljenju sta stregla opat Gebh. Mair iz Zatičine na Kranjskem in opat Avg. Moulin iz Maguzzana na Italijanskem. Po svetem opraviilu, ki je trajalo od 9. do 11. ure predpoldne, so vsi menihi klečé in s poljubom prstana svojemu novemu predstojniku obljubili vdanost in pokorščino.

Pri skupnem obedu, katerega se je razen vladnega zastopnika barona R. Steeb in več gostov iz Rajhenburga udeležilo do 30 oseb, so prevzvišeni Nadpastir najprej

v prisrčnem latinskem nagovoru čestitali novoblagoslovljenemu opatu ter mu želeli dolgo vrsto let uspešnega in vzveličavnega delovanja. V drugem nagovoru so se spominjali obeh najvišjih dostojanstvenikov, svetega očeta in presvetlega cesarja ter so se zahvalili vladnemu zastopniku za pričujočnost. Slednjič so pozdravili vse navzočne goste, zlasti oba že imenovana tuja opata, nadalje P. Evgenija Bugiel iz Kaminika na Šlezijem in P. Fulgencija Bouzy iz Rive de Gier na Francoskem, ki sta zastopala samostan trapistov v Mariasternu, P. Otona Jehle, priorja trapistov v Zemonico v Dalmaciji, kako tudi župana in druge zastopnike Rajhenburškega trga, in duhovnike iz sosedne Ljubljanske in iz domače škofije.

Latinski nagovor se je glasil:

Reverendissime neobenedicte Abbas! Illustrissimi Praelati! Ornatissimi Domini hospites!

Nefasta illa die 27. mensis Octobris anni dilabentis tristis mihi nuntius venit mediante telegrammate: dicta die in domo-matre B. M. V. de Dumbis in Gallia ordinis Cisterciensium reformatorum pie in Domino obiisse Reverendissimum Dominum Ioanem Bapt. Epalle, Abbatem coenobii B. M. V. de Liberatione Reichenburgi nec non meum perdilectum Consiliarium consistorialem.

Postrema vice conversatus sum cum viro, praeclaro virtutibus theologalibus ac moralibus, in celebri civitate Paray le Monial, oblata occasione sollempnis benedictionis pretiosae statuae sanctissimi Cordis Iesu, quam una cum speciosa sculptura B. M. V. Lapurdensis suis sumptibus pro nova magnifica ecclesia parochiali Reichenburgensi liberaliter procuravit.

Die 4. Novembris anni volventis lypsana egregii viri translata sunt e Gallia in hocce monasterium, et die 7. memorati mensis sepulta sunt in coemeterio claustris, ubi ea cras visitabo et venerabor. Pro anima denati Praelati preces persolvi et persolvam, ut praepotens et misericors Deus largiter retribuatur benefico viro cuncta bona, quae pro sua mirabili et incomparabili benevolentia in dioecesi mea cum in salutem huius domus religiosae tum in utilitatem parochiae Reichenburgensis et in prosperitatem aliarum parocciarum Lavantinarum perfecit.

Imago marmorea, quae B. M. V. de Lourdes repraesentat quaeque a me in glorioso specu Lapurdensi die 26. lapsi mensis Septembris benedicta est, Reichenburgum advenit una cum corpore defuncti donatoris. Maria de Liberatione prima et ultima vice comes fuit sui filii Ioannis B. Epalle in itinere e Gallia in Austriam. Have pia anima! Vivas in pace!

Magna fuit lamentatio ob mortem perdilecti Abbatiss. At omnia suum habent tempus. Est tempus tristitiae et tempus laetitiae. Et ita et ego gaudio affectus sum, quum informatus fuero: die 15. praeteriti mensis Novembris a monachis, iure eligendi gaudentibus, iam suc-

cessorem in Domino requiescentis decessoris canonice electum esse. Pater Placidus placuit Deo et hominibus. Ideo divina gratia sic disponente et humana voluntate libere cooperante factus est Abbas inelyti monasterii, quod die 21. Aprilis anno salutis 1881, ergo ante 30 annos fundatum et die 1. Septembris anno 1891 in abbatiam elevatum est, ita ut anno venturo 1911 bifestum iubilaeum, sex nimirum et quattuor lustrorum, celebrandum foret.

Neoelectus coenobii praestes est natione Gallus, filius fratris demortui Praepositi, natus anno salutis 1876, a mea tenuitate Reichenburgi in parochiali ecclesia ss. apostolorum Petri et Pauli die 4. Iulii anni 1891 sacramento confirmationis roboratus et per varios sacrae militiae gradus, subdiaconatus videlicet die 21. Iulii 1898 atque diaconatus die 21. Novembris 1899, ad praecelsam sacerdotii dignitatem die 23. eiusdem mensis et anni evectus est.

Fausta die 20. elapsi mensis Novembris canonica electio auctoritate romana approbata et confirmata est, postquam neoelecto dispensatio super defectu aetatis et quidem unius anni et aliquot dierum concessa est. Quo facto, confirmatus Abbas litteris percaris de die 5. huius mensis Decembris a me postulavit, ut ei benedictionem abbatialem impertirer, prouti eam praescribit Pontificale romanum et partim Rituale cisterciense.

Hodierna Dominica IV. sacri adventus, quae incidit in diem 18. Decembris, petitam benedictionem auctoritate apostolica perfeci in gloriam Dei et in salutem almi coenobii, in quo nunc agitur extraordinaria animorum laetitia. Iam heri vespera versa est in mane et nox in diem. Videbantur stellae cecidisse de firmamento et luna stetisse super cortile monasticum. Totum hoc castellum pacis seu claustrum variis luminibus illuminatum resplenduit. His fulgoribus respondebant tonitrua, quae nos mortaria audire faciebant.

In ipsa Missa sacra, quam hodie celebravi, saepius occurrit praeconium alleluia. Dicto Graduali et fere tota benedictione peracta prosecutus sum Missam cum alleluia. Ergo alleluia! Gaudeamus igitur! Laetanter defero gratulationem meam intimam venerabilibus fratribus monachis, quippe qui virum virtuosum elegerunt in caput domus religiosae.

Dein gratulor ex toto corde neobenedicto Abbati Placido eique vehementer exopto, ut omnipotens et misericors Deus, intercedente B. M. V. de Liberatione, suum ministrum et servum sospitet et conservet per plurimos annos sanos atque felices! Decoret eum Sapientia divina virtutibus, quas commemoravi in sollemnitate benedictionis, enumerantur viginti octo, et auferat ab eo, quidquid pravum et distortum est, quidquid saluti contrarium, quidquid animae nocivum!

Mox mox celebrabimus festa Nativitatis D. N. I. Chr. nec non Circumcisionis seu novi anni. Magni pretii donum et natalitii festi divini infantis et novi anni est pro praeclaro mihi que caro monasterio neobenedictus Abbas Placidus. Si quo tempore valuerit, valet impraesentiarum votum meum: Bona festa et felicem annum novum!

Hunc in sensum calicem accipiam sanguine de vite plenum — in offertorio Missae nempe praeter duo intortitia accensa et duos panes duo quoque barilia vino plena recepi — et clamo in Domino, Vos autem humanissimi hospites conclamate mecum:

Vivat neobenedictus Dominus Abbas! Floreat et crescat monasterium Trappistarum Reichenburgense! Fiat! Fiat!

Popoldne so si vladika ogleдали novo župnijsko cerkev Marija Lurd v Rajhenburgu, drugi dan, 19. decembra pa so podelili v samostanski kapeli šesterim, v odloku z dne 9. decembra 1910, štev. 5792 imenovanim redovnikom višji red diakonata. Ti so prejeli takoj po posvečenju „litterae formatae“, novemu opatu pa je bilo dne 22. decembra poslano naslednje izpričevalo blagoslovitve:

„Nr. 5920.

Reverendissimo Domino P. Placido Epalle, Abbati monasterii Ordinis Cisterciensium reformatorem B. M. de Liberatione
Reichenburgi.

Reverendissimus decessor Tuus, Dominus P. Maria Ioannes Bapt. Epalle, qui per undeviginti annos monasterium B. M. de Liberatione Reichenburgi sapienter gubernabat, die 27. Octobris 1910 in domo-matre B. Mariae de Dumbis in Gallia in Domino obiit, die 4. Novembris 1910 inde Reichenburgum translatus ibique die 7. eiusdem mensis et anni inter fratres suos tumultus est. „Cuius memoria in benedictione erit.“ (Eccli. 45, 1).

Quum ob mortem ipsius praedicta Abbatia vidua permanserit, cumque monachi istius Coenobii ad novum Abbatem eligendum die 15. Novembris 1910 rite convocati, Te, Reverendissime Domine, in suum Abbatem elegerint atque a Reverendissimo Praesidente, Domino Bernardo, Abbate de Dumbis et Patre Immediato, Abbas eiusdem monasterii B. M. de Liberatione declaratus fueris Tuque huiusmodi electioni annueris, electio Tua legitima per Reverendissimum Dominum Augustinum Marre, Episcopum titularem Constantiensem et Abbatem generalem istius Ordinis, litteris die 20. Novembris 1910 datis Apostolica auctoritate confirmata est.

Quapropter petitioni Tuae, percaris litteris de die 5. Decembris anni labentis Nobis prostratae, libenter annuentes, die 18. Decembris 1910, quae fuit Dominica IV. Adventus, benedictionem Tibi abbatialem iuxta

ritum S. Romanae Ecclesiae et Rituale sacri Ordinis Tui impertiti sumus.

In cuius fidem praesentes litteras sigillo Nostro episcopali et propriae manus subscriptione muniri curavimus.

Datae in Residentia Nostra Princ.-Episcopali Marburgi, die 21. Decembris 1910.

L. S. † Michael, Princeps-Episcopus.“

Na to je došlo naslednje zahvalno pismo, ki bodi tudi priobčeno, ker prav lepo sklepa vrsto sem spada-jočih listin :

Illustrissime ac Reverendissime Domine, Excellentissime Princeps !

Multae sane ac variae sunt mihi rationes, quae ad eximiam erga Excellentiam Vestram gratitudinem me impellunt, quippe qui sublimes Vestro ministerio copiosissimas a Deo gratias consecutus sim.

Cum enim puer patriam reliqui, ut in Lavantina dioecesi totum me Deo dicarem, ab Illustrissimo Domino Fortitudinis signaculum in sacro Confirmationis sacramento accepi die 4. Iulii, anni 1891.

Vestra item Excellentia per varios sacrae militiae gradus, Subdiaconatus videlicet die 21. Iulii 1898, atque Diaconatus die 21. Novembris 1899, ad praeclaram Sacerdotii dignitatem die 23. eiusdem mensis et anni per sacros ordines me evexit.

Denique, ut culmen beneficiis suis Deus aptaret, ad munus abbatiale me elegit. Sed in hac quoque re episcopali Vestro ministerio opus fuit, ut benedictio et gratiae in obeundo hoc arduo munere tam necessariae mihi impertirentur, ita ut verissimo sensu filium spiritualem Excellentiae Vestrae me dicere possim ac debeam. Quod certe maximo mihi honori est.

Sed quomodo dignas Excellentissimo Domino grates referam non habeo. Impar enim sum, qui tot beneficia tanta cum caritate collata ex aequo agnoscam.

Nihilominus pro viribus Deum optimum maximum omni tempore deprecabor, ut Ipse, qui omnia scit et omnia potest, condignum concedere velit Excellentiae Vestrae praemium. Neque umquam subditos meos adhortari intermittam, ut fervidas preces pro dioecesi Lavantina universa, praesertim vero pro digno eius Summo Pastore, Deo offerant. Quamvis enim nobis non liceat externa actione ad animarum salutem adlaborare, nihil tamen impedit, quin eo maiori humilitate ac perseverantia Deum adeamus, ut valida sua gratia aliorum sacerdotum laboribus incrementum ac fructum tribuat. Hoc ministerium, orationis videlicet atque poenitentiae, S. Ecclesia nobis demandavit, illudque maximi momenti esse, his praecipue temporibus, nemo est qui nesciat. Nisi enim adiumentum et gratia desuper data fuerint, in ritum certe cedent omnes hominum conatus.

Huic igitur ministerio iuvante Domino instabimus, ut pro modulo nostro Dei gloriam et proximorum salutem promoveamus.

Caritas vero atque insignis benevolentia, quibus Excellentia Vestra me imprimis affecit, onus mihi imponunt, ut, quantum efficere potero, dignum me exhibeam tali ac tanto benefactore. Quod Deo adiuvante etiam praestabo.

Interim, dum gratissimi animi sensus denuo Illustrissimo ac Reverendissimo Domino expromo, oblata occasione libentissime utor, ut toto corde me profiteri Excellentiae Vestrae observantissimum famulum.

Reichenburgi, die 27. Dec. 1910.

F. M. Placidus Epalle, Abbas.

* * *

Novima dostojanstvenikoma, Konjiškemu arhidia-konu in Rajhenburskemu opatu, veljaj liturgični vzklik : Ad multos annos !

Der 31. Jahresbericht der I. St. Vinzenz-Konferenz zu St. Magdalena in Marburg umfaßt das Vereinsjahr 1910 und lautet:

Vom Grafen Radetzky, dem berühmten Feldherrn Österreichs, wird folgende edle Tat erzählt: Als er sich zur Zeit der Napoleonischen Kriege in Aussig an der Elbe aufhielt, saß er einmal in einem Garten mit mehreren hohen Offizieren bei einem Glas guten Melniker Weines. Da kam ein Bettler mit einem Stelzfuß heran und wollte die Gäste um ein Almosen bitten. Der Kellner wies ihn zurück; allein Graf Radetzky ging auf ihn zu, stellte einige Fragen an ihn und erfuhr, daß er Soldat gewesen und den Fuß im Kriege verloren habe. Sofort ließ ihn Radetzky beim Tische niedersetzen, dann sprach er zu den Offizieren: „Dieser mein Kamerad hat ebenfogut den Säbel geführt wie ich, und hat als braver Reiter seine Schuldigkeit getan. Ihm ist dafür ein hölzerner Fuß, mir aber ein Ordensstern zuteil geworden. Daher ist es billig, daß wir dem launischen Stücke etwas zu Hilfe kommen.“ Während nun Radetzky dem Invaliden ein Glas Wein einschenkte, ließ er dessen Mütze im Kreise herum gehen, nachdem er selbst einige Geldstücke hineingeworfen hatte. Der Invalide, hocherfreut, erhob das Glas und ließ seinen allergnädigsten Kaiser und Radetzky hochleben. Hierauf ging er mit Tränen in den Augen von dannen. — Wären doch auch andere Menschen so mitleidig und so herablassend, wenn sie der Arme entweder selbst, oder durch den St. Vinzenz-Verein um ein Almosen ersucht!

Der hl. Johann von Gott, Stifter des Ordens der Barmherzigen Brüder († 1550), errichtete zu Granada ein Krankenhaus. Ein frommer Edelmann zu Granada übersandte ihm eines Tages mehrere Dufaten zur Unterstützung der Armen und Kranken. Noch an demselben Tage kam der Edelmann verkleidet zu dem Heiligen und bat ihn inständig um

eine Unterstützung. Der hl. Johann von Gott gab ihm von Mitleid gerührt, die empfangenen Dukaten und tröstete ihn. Am anderen Tage kam der Edelmann zu dem Heiligen, erzählte ihm den ganzen Vorgang und gab ihm zehnmal soviel Dukaten. Von dieser Zeit an schenkte er ihm alle Wochen viel Brot und Fleisch zur Verpflegung der Kranken. — Ganz so wie dieser Edelmann macht es auch der liebe Gott. Erst schenkt er uns Geld und Gut, und dann kommt er in der Person des notleidenden Mitmenschen und bittet uns um Almosen. Glückselig, wer sich des Notleidenden erbarmt; denn er bekommt von Gott alles hundertfach wie der, und Gott bleibt schon in diesem Leben sein größter Wohltäter.

In diesem Jahre wurden wöchentlich über 20 Familien mit Lebensmitteln und monatlich 5 Kranke Frauen mit Wohnzins betieft. Auch die von edlen Wohltätern gespendeten Kleidungsstücke wurden ihrem Zwecke zugeführt.

Jeden Quatember-Sonntag, sowie am Sonntage nach dem Feste des hl. Vinzenz von Paul (19. Juli) fand in der Pfarrkirche ein Vereingottesdienst statt, wobei die tätigen Mitglieder und nach Möglichkeit auch die unterstützten Armen die hl. Kommunion empfangen und milde Gaben für die Konferenz gesammelt wurden.

Die Vereinsitzungen wurden jeden Sonntag nach der Spätverrichtung in der Pfarrkanzlei abgehalten.

Die Vereinsleitung spricht allen verehrten P. T. Wohltätern, Freunden und Gönnern, insbesondere Sr. Exzellenz dem Hochwürdigsten, Hochgeborenen Herrn Fürstbischöfe Dr. Michael Rapotnik, den aufrichtigsten tiefgefühlten Dank aus, und bittet, auch fernerhin dem Vereine die mildtätige Unterstützung nicht zu versagen.

Der Verein zählte 5 tätige und 297 unterstützende Mitglieder, während die Zahl der unterstützten Armen 58 betrug. Der Vereinsstand ist folgender: 753 K 48 h Einnahmen, 642 K 10 h Ausgaben, Kassaest 111 K 38 h.

Sv. misijon pri Novištifti. — Kn. šk. župnijski urad pri Novištifti pri Gornjemgradu je semkaj poročal z dopisom z dne 24. decembra 1910, št. 175: Od dne 8. decembra do dne 15. decembra t. l. se je v tukajšnji župniji vršil sv. misijon. Vodila sta ga častita oo. frančiškana Kasijan Zemljak iz Maribora in Klemens Grampovčan iz Svete gore pri Gorici. Udeležba je bila pri silno deževnem vremenu zelo dobra. Obhajancev je bilo približno 1200. Domači farani sa večinoma vsi prejeli sv. zakramente. Naj bi vsedobri Bog trud misijonarjev blagoslovil, da v bodočnosti obrodi obilnega sadu!

O sv. misijonu, ki se je vršil pri sv. Ilju v Slov. gor., je tamošnji kn. šk. župnijski urad dne 7. januarja 1911, šte. 10, semkaj poročal: Od dne 1. do dne 6. januarja 1911 se je obhajalo v tukajšnji župnijski cerkvi ponavljanje sv. misijona. Vodili so misijon čast. oo. družbe Jezusove iz Ljubljane Alojzij Žužek in Janez

Pristov ter č. o. Kasijan Zemljak, frančiškan iz Maribora. Vsak dan ste bili dve slovenski pridigi in sicer ob 1/2^h zjutraj in ob 2^h popoldne; na Novega leta dan in na praznik sv. Treh kraljev pa so bile tri slovenske pridige; vsak dan je bila ob 1/2^h 10 uri dopoldne tudi ena nemška pridiga. Ljudstvo se je z veliko vnemo udeleževalo teh duhovnih vaj. Pri slovenskih pridigah je bila cerkev zmeraj polna. Obhajanih je bilo ob času misijona 2700 ljudi. Nekateri so šli vsak dan k sv. obhajilu. Dasi je začelo v zadnjih dneh silno snežiti in se je bilo bati slabše udeležbe, se vendar bojazen ni uresničila. Četrtek popoldne ob 2^h je bila slovesna ustanovitev Marijine mladeniške družbe. 24 fantov je bilo slovesno sprejetih v družbo. Veliko se jih je k družbi oglasilo tudi takih, ki še morajo ostati kandidatje. Družba bo stroga Marijanska kongregacija. V Marijini dekliški družbi je že 130 deklet, in sicer deklice od 14.—30. leta, druge so v tretjem redu. Petek popoldne ob 2^h pa se je ustanovila za našo faro tako pomembna bratovščina presv. Srca Jezusovega. Gledalo se bo na to, da bo vsak št. Iljski faran v bratovščini, ki bo posebno delala tudi na to, da se bodo slovesno obhajali prvi petki in prve nedelje v mesecu. Vsako prvo nedeljo bo nauk za bratovščino in potem pred izpostavljenim sv. Rešnjim Telesom molitvena ura v zadoščenje za vse žalitve, ki jih mora Jezus Kristus zlasti v naši župniji pretrpeti. Molili pa bomo k presv. Srcu Gospodovemu tudi za izpreobrnanje vseh trdovratnih grešnikov, nevernikov in krivovercev.

O sv. misijonu na Muti je prišlo dne 24. jan. 1911, šte. 79 semkaj to-le poročilo: Po 15. letih smo na Muti zopet bili deležni milostij sv. misijona od 8. do 15. januarja 1911. Misijon obhajati je zlasti v naši fari, dasi potrebno, vendar težavno, ker so tržani večinoma Nemci, okoličani pa večinoma Slovenci in je torej treba naenkrate dva misijona obhajati: slovenskega in nemškega. Slovenski misijon sta vodila čč. gg. oo. jezuita iz Ljubljane Alojzij Žužek in Janez Pristov, nemškega pa čč. gg. iz sv. Andraža na Kor. P. Vid Loinger in P. Jožef Gruber. Govorov je bilo vseh skupaj 34 in sicer 17 slovenskih in 17 nemških, vsi pa ob nenavadno veliki udeležbi župljanov, dasi je prav v tem tednu bilo zapadlo veliko snega in je pritiskal izvanreden mraz. Dobri Bog je blagoslovil sv. misijon in odprl srca vernikov, ki so dobro porabili milostipolni čas v prid svojim dušam. Razdelilo se je nad 1600 sv. obhajil. V nedeljo popoldan je bila veličastna teoforična procesija skozi razsvetljeni trg. Sklep sv. misijona se je vršil v nedeljo na večer ob velikanski udeležbi. V ponedeljek 16. januarja smo še premišljevali med slovensko in nemško pridigo o vernih dušah in molili za nje pri slovesnem Requiem z Libero.

Zanaprej pa bodemo vsakih 10 let tako srečni, ker sta se na Muti vsakih 10 let obhaja sv. misijon — Bogu v dva dobrotnika vplačala primerno vsoto kot ustanovo, da čast, nam pa v vzveličanje!

19.

Literatur.

1. Laut Schreibens vom 2. Dezember 1910 ist in der Herder'schen Verlagsbuchhandlung in Freiburg im Breisgau und Wien (I. Wollzeile, 33) zum Konversationslexikon, das im Jahre 1907 in 8 Bänden herausgegeben wurde und das neuerdings bestens empfohlen wird, nunmehr ein Ergänzungsband, der durch Berücksichtigung der neuen Ereignisse (auf Seite 1049 heißt es von unserem Hochwürdigsten Herrn Fürstbischöfe: 1910 Präsident des Marian. Kongresses in Salzburg. Hielt 1896, 1900, 1903 und 1906 in Marburg Diözesansynoden ab, die eine Reihe von vortrefflichen Anleitungen für die seelsorgliche Praxis und heilsame Einrichtungen für die Diözese zeitigten. Akten und Dekrete 4 Bde., Marburg i. St.) und Forschungsergebnisse das Werk wieder auf die Höhe der Zeit bringt, erschienen. — Unter Hinweis auf das Kirchliche Verordnungs-Blatt der Lavanter Diözese vom 5. März 1908, III. Abs. 28 al. 5 wird dem hochw. Seelsorgeklerus hiemit auch dieser Ergänzungsband zum Konversationslexikon zur Anschaffung bestens empfohlen.

2. Laut Mitteilung der Zentral-Direktion der k. k. Schulbücher-Verläge in Wien vom Dezember 1910, Z. 7326, erscheint in diesem Verlage ein über Auftrag des k. k. Ministeriums für Kultus und Unterricht von Dr. Leo Schedlbauer, k. k. Ministerialrat im genannten Ministerium, verfaßtes Handbuch der Reichsgesetze und der Ministerialverordnungen über das Schulwesen.

Die genannte Normalsammlung stellt sich als die VIII., auf Grund amtlicher Quellen nach dem gegenwärtigen Stande unter Berücksichtigung der Spruchpraxis des Reichsgerichtes, des Verwaltungsgerichtshofes und des Obersten Gerichtshofes sowie der Ministerien gänzlich umgearbeitete Auflage der unter dem gleichen Titel im k. k. Schulbücher-Verlage erschienenen Publikation dar und bietet die eingehendste Information auf den einschlägigen Gebieten.

Der hochwürdige Seelsorgeklerus wird auf dieses in zwei Bänden erscheinende Werk hiemit aufmerksam gemacht.

20.

Diözesan-Nachrichten.

Bestellt wurde als Propfisor in Hoheneck der dortige I. Kaplan Herr Jakob Cinglak.

Gestorben ist Herr Andreas Vodusek, Pfarrer in Hoheneck, am 25. Jänner im 61. Lebensjahre.

Unbesetzt ist geblieben der I. Kaplansposten in Hoheneck.

J. B. Lavanter Ordinariat zu Marburg,

am 25. Jänner 1911.

† Michael,
Fürstbischöf.